



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

13. De impredientibus Officium Sacrae Inquisitionis. Et an aduersus tales
procedere Inquisitores possint? Et quomodo, & quibus poenis supradicti
puniendi sunt, & an sint suspecti de Fide, & quo pacto ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Bollas non esse in Inquisitione Hispanica usu receptas testatur Castrus Palaus in summ. com. 1. tractat. 4. disputat. 8. punct. 16. num. 2. & Emanuel de Moura de incant. pœn. lib. 1. cap. 3. num. 9. & Soula in aphorism. Inquis. lib. 1. cap. 32. num. 12. ubi observat hanc pœnam traditionis Curiae seculari imponendam supradictis, præcepisse etiam D. N. Urbanum VII. per epistolam Eminenti. Cardin. Mellini ad Inquisit. Generali. Lusitanie die 5. Martij, anno 1622. addit tamen ipse Sover. post declarationem istam hoc practitari non videri. Igitur in nostra Inquisitione Hisp. hujus criminis rei abjurant de levi, & pœniuntur iisdem pœnis, quibus diximus puniendos esse in superiori resolutione laicos, vel Ecclesiasticos non Sacerdotes audiendo confessiones. Ita Soula, & Castrus Palaus loco cit. Vnde Acugna tract. de Confess. sollicit. quæst. 13. n. 10. ait. Conimbricæ in actu publico anno 1610. vidisse quemdam de levi abjurasse, qui ad Diaconatum tantum promotus presbyteratum exercebat, & Seraphinus Freitas ejus additionator ibidem num. 30. testatur quod Pintia anno 1615. laicus qui Missam celebrare solebat, post per plateas fustigationem ad trirèmes condemnatus fuit & Emanuel Moura opusc. 2. de censal. sect. 3. cap. 31. n. 9. docet supradictos reos mittendos esse ad trirèmes, vel perpetuos carceres, vel saltem per plurimos annos, si nempe circumstantia aliqua interveniat, quæ delicti gravitatem, si non à toto, saltem à tanto, justè alleviet & excauset. Sic ille. Novissimè, ut in superiori resolutione dictum est, prodit Bulla Urbani VIII. in qua statuitur dictos delinquentes tradendos esse Curiae seculari.

3. Nota tamen quod ad violationem prædictarum Bullarum sufficit semel unam Missam celebrare, non verò si sacerdotalibus vestibus quis induatur celebrare intendens, si postea tamen non celebret, quia de celebrantibus tantum mentionem faciunt. Igitur perfectè hoc crimen committit qui sacerdotalibus vestibus indutus Missam celebrare incipit, quamvis non perficiat, nec verba consecrationis proferat. Ita Soula in aphorism. Inquis. lib. 1. cap. 32. n. 12. & segg. ubi etiam rotat hoc delictum non esse commissum Inquisitoribus privativè ad Episcopos, sed cumulativè.

4. Notandum est tamen hic obiter, quod si Sacerdos non consuetet panem, aut vinum, eo quod sit in peccato mortali, & ideo habens ante se hostiam consecrandam extrahit à tabernaculo particulam consecratam, & verba consecrationis proferat, non super hostiam quam elevando ostendit populo, sed super eandem particulam consecratam, potest per Inquisitores contra illum procedi. Et ita determinavit Congregatio sancti Officii Mediolanensis 30. April. 1627. ut testatur, & docet Aloysius Batiola in aphorism. litera S. ver. Sacerdos §. 12. vide etiam Lucernam Inquisitorum vers. Sacerdos, & ibi Pegnam in annotat.

RESOL. XIII.

De impediendis Officiis S. Inquisitionis.
Et an adversus tales, Inquisitores procedere possint?
Et quomodo, & quibus pœnis supradicti puniendi sint,
& an sint suspecti de Fide, & quo pacto debeant abjurare? Ex p. 4. tract. 7. Ref. etiam 13.

Sup. hoc sup. §. 1. A Dversus tales procedere Inquisitores, patet Inq. 10. Ref. 20 §. ult. & ni I V. & ex cap. statutum de heret. in 6. & tradit Pegna in direct. Inquis. part. 2. comm. 79. & part. 3. comm. 83. & 85. & Soula in aphor. Inquis. lib. 1. cap. 5. num. 7. & circa hoc maximam præbet Inquisitoribus autho-

ritatem Pius V. in Bulla, Si de protegendis, ita anno 1569. in qua Pontifex §. 2. 3. & 4. quoscunque & cu. de. b. aliquem ex Inquisitoribus, Advocatis, Procuratoribus, Notariis, testibus, accusatoribus, denunciatoribus, alii sive ministris S. Inquisitionis Officii offenderint, vel offendere tentarint, tenerint, decesserint, perterfecerint, eorumque fautores & complices, aut Ecclesiasticos, & des. carceres, alia sive res sive publicas, sive privatas S. Officii, aut ministrorum invaserint, incendierint, expilaverint, libros, literas, exempla, scripturas aliaque instrumenta diriperint, aut alio quocunque modo exportaverint, suppresserint, vel etiam intermes fuerint causa ut hæc fierent, vel res, aut personæ servari, defendere prohibuerint, vincum extraxerint, emisserint, capi viderint, fugiendi facultatem dederint, receptaverint, occultaverint, aut eadem causa cœtum concursumque fecerint, etiam si effectus sequens non sit, excommunicat ipso facto, reservata Papæ absolutione declarat reos læsæ majestatis, privatos perpetuè dominis, feudis, honore, dignitate, tradendos seculari judicio, puniendos bonis rebusque omnibus sisco, iuribusque applicatis, ut de reis læsæ majestatis, & hæreticis constitutum est. Illud idem de omnibus Ecclesiasticis decernit, & hanc constitutionem novissimè Urbanus VIII. renovavit.

2. Sed difficultas est, an supradictas pœnas Inquisitores possint inferre in omnes personas? Farinacius de heresi quæst. 182. num. 80. pœnas dictæ Bullæ putat valere contra eos; qui contenta in Bulla admittunt in contemptum & odium S. Inquisitionis Officii: secus si in alia causa, ex qua per claras probationes se fecisse doceret, & hoc probat ex verbis ipsius Bullæ, ibi, Nemo autem expurgationem habere, &c. & etiam hanc sententiam docet novissimè Antonius Soula in Aphorism. Inquis. lib. 1. cap. 28. num. 9.

3. Verum contrariam sententiam tenendam esse putat adversus Farinacium, Ioan. Baptista Scottia in Bull. Pontif. epit. 106. theor. 278. quia verba Bullæ sic habet. Nemo autem expurgationem habere, aut causam ullam proponere, vel præterdere possit, qui tantum nefas in contemptum, & odium S. Inquisitionis Officii admiserint, nisi contrarium per claras probationes docuerit se fecisse. In quibus verbis Pontifex non vult eximere ab his pœnis qui tantum facinus sua natura in maximum contemptum Inquisitionis vergens docuerit se id alia causa, quam contemptum & odij prædicti Tribunalis fecisse, sed solum si doceret se contrarium præstitisse; quare probata quidem actio contraria violationi Inquisitionis eximit à pœnis, sed non diversitas intentionis, ut pote si aliquis hæc commississet rogatus precibus consanguinei, non formaliter in contemptum S. Officii Inquisitionis. Ita Scottia loco cit. qui etiam notat quod Inquisitores sunt iudices in iniuriis contentis in dicta Bulla p. 1. si. & is contra ipsos, & eorum ministros, per eaque adducit Simanca tit. 34. num. 29. Zachinus de heret. cap. 32. num. 1. & alij. Et advertant etiam DD. Inquisitores quod dicta Bulla Pii V. condita fuit ob publicam utilitatem, unde latè est interpretanda & extendenda, ut bene docet, Aloysius Riccius in decis. Arch. tom. 1. decis. 74. num. 4.

4. Non desinam etiam hic adnotare quod in dicta constitutione habetur quod perterrefacientes ministros S. Inquisitionis, denunciatores, testes, &c. subdantur etiam illis pœnis in ea taxatis, sed hæc retractatio, salvo semper meliori iudicio, ait Michael Zanardus in direct. Theol. part. 2. prac. 1. cap. 5. §. 23. primò debet esse formalis, id est in actu S. Officii, & circa ea, quæ ad ipsum spectant; & non si propter alias privatas causas inducatur. Secundo, ut talis perterrefactio sit de

re gravi, possint inducere timorem etiam cadentem in constantem virum, nam de minimis non curat prator. Tertiò debet esse ab homine valente, & parato verba & minas ad facta deducere. Nam multi minantur, etiam viles & infirmi, sed horum minæ à familia armata Inquisitorum parvipenduntur. Ita Zanardus, qui etiam notat ad infligendas pœnas positas in dicta Bulla, consulendum esse Senatui Cardinalium super negotiis fidei deputatorum. Et Castrus Palaus in *summa tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 19. §. 7. n. 3.* facit pœnam mortis latam in dicta Bulla numquam præcisè imponi, nisi in aliquo casu raro & extraordinario, in quo simul cum defensione hæretici occisus, seu gravis alicujus ministri Inquisitionis vulneratio conjungeretur, tunc enim sic delinquens curiæ seculari relaxatur, cetero se fateatur hæreticum esse, & penitentiam exposculet, & ad reconciliationem admittatur, & hæc dicta sint in terminis Bullæ Pij V. *Si de protegendis.* Nunc in genere loquendo assero quod impediens Officium S. Inquisitionis sunt de fide suspecti, ut probat Campegius in *addit. ad Zanchinum, de hæret. c. 20. lit. A. ver. suspicio.* Locatus in *praxi Inquis. ver. suspicio, num. 11.* Pegna in *direct. Inquis. part. 2. comment. 79.* & alij communiter. Sed oritur difficultas, an sint de fide suspecti si impediunt Officium S. Inquisitionis, non ex ejus odio, sed ex consanguinitate cum hæreticis amicitia, pretio, &c. Negativam sententiam tenet Sanctarellus *tract. de hæresi cap. 4. dub. 3. num. 5. in fine*, ubi sic ait: Sunt suspecti de hæresi, qui impediunt Officium S. Inquisitionis, non tamen sunt suspecti, si id faciant amicitia, vel consanguinitate, vel pretio; nam licet tunc posset procedi contra eos non tamen tanquam suspectos, sed tanquam perturbantes jurisdictionem Officij S. Inquisitionis. Ita Sanctarellus qui citat Bonifacium de Vitalinis, & Zabarellam, quibus ego addo Duardum in *Bull. Cæn. lib. 2. can. 1. §. 3. n. 28.* & Batiolam in *aphor. litera 1. ver. Impeditores sancti Officij.*

3. Sed ego contrariæ sententiæ tanquam probabiliori adhæreo, quam in terminis tueretur Soufa in *aphor. Inquis. lib. 1. cap. 28. num. 17.* ubi sic ait: Impediens Officium S. Inquisit. non in odium fidei, sed propter alias causas, probabile est non dici fautores hæreticorum; oppositum tamen probabilius est. Sic ille. Sed supradictos esse mitius puniendos puto, ut dicemus *infra* de fautoribus hæreticorum.

6. Verum his omnibus suppositis, restat inquirere quo pacto impediens Officium S. Inquisit. debeant abjurare & quibus pœnis puniendi sint? Quoad abjuracionem est magna difficultas & ita magna ut Zanardus in *direct. Theol. part. 2. pr. 1. cap. 5. §. 2. 3.* nihil de hoc voluerit definire; tamen ego puto supradictos debere abjurare in genere impedimentum & fautoriam, pro qualitate suspicionis, ut notat Soufa in *aphor. lib. 1. cap. 28. num. 19.* eo tamen modo quo explicat Pegna in *direct. Inquis. part. 2. comment. 79. lit. C.* & Duardus in *Bull. Cæn. lib. 2. can. 1. quæst. 33. n. 34.* Verum Castrus Palaus *tom. 1. tract. 4. disp. 8. punct. 6. §. 7. num. 1.* putat hanc abjuracionem esse debere tantum de levi, alias verò pœnas putat esse debere secundum arbitrium judicis pro qualitate criminis scilicet pecuniæ, tritremis, fustigationis, & similibus, à quibus pœnis liberat qui tale delictum commiserunt, ex consanguinitate, vel amicitia. Sed hoc ego non approbo; puto tamen supradictos esse mitius puniendos, & ideo in *l. 2. ff. de receptorib. receptans consanguineum, non liberatur à pœnis, sed mitius punitur.*

RESOL. XIV.

De non implentibus penitentias.

Et an contra tales recte procedere possint Inquisitores?
Et an ex tali delicto oriatur non levis suspicio de hæresi?
Et difficultas est quibus pœnis subjiciantur?
Et docetur, quid facere debeant Inquisitores contra tales abjurare? Ex p. 4. tract. 7. Ref. etiam 14.

§. 1. EX tali delicto oriri non levem suspicionem de hæresi, quasi conversio antecedens fuerit ficta, concedunt omnes, & ideo contra tales recte procedere possunt Inquisitores, ut inter alios notat Simanca in *enchir. tit. 61. num. 7.* Difficultas est, quibus pœnis subjiciantur? Zanchinus de *hæret. cap. 10. num. 4.* & ibi ejus additionator Camillus Campegius *lit. C.* putant supradictos puniendos esse tanquam relapsos, & hoc etiam asseruit (quod nullus author, quem viderim, notavit) Io. Rojas *singul. 122. num. 3.* ubi sic ait. Dicitur relapsus & pœna relapsorum puniendus qui non adimplet penitentiam sibi injunctam per Inquisitores. Sic ille, qui citat Calderinum & Squillantem, quibus tu adde Doctores, quos invenies apud Menochium *lib. 1. consil. 82. num. 102.* Riminaldum *lib. 2. consil. 150.* & vide etiam Barsatium *consil. 7. n. 34.* & 32. cum Trevifano *lib. 2. decis. 36.*

2. Sed his non obstantibus negativam sententiam tenendam esse docet Simanca *tit. 47. num. 77. & tit. 48. num. 29.* Julius Clarus *lib. 5. ver. Hæresis, n. 10.* & ejus additionator *lit. F.* ubi citat Riminaldum *loc. cit. defendentem mulierem de pœna relapsi*, cui Inquisitores injunxerant, ne de domo quam sibi pro carcere præfixerant, exiret & exivit sine licentia; & hanc opinionem tenent etiam duo viri doctissimi, Pegna & Canterus, hic in *q. crim. cap. 1. de hæret. num. 60.* ille in *direct. Inquis. part. 3. comment. 146.* & idem etiam docuit Rojas sibi contrarius de *hæret. part. 2. n. 235.* & novissimè Soufa in *aphor. Inquis. lib. 2. cap. 26. num. 38.* & alij, & hoc verum etiam esse puto, si reus promiserit cum iuramento injunctam penitentiam servari sub pœna relapsi, ut docet Hippolytus Riminaldus *ditto consil. 150. num. 67. & 35.* & Menochius *loc. cit.* & alij.

3. Dicendum est igitur, eum qui penitentiam non adimplevit, non tanquam relapsum, sed tanquam impenitentem condemnandum esse pœna arbitraria, ut ieiunij, fustigationis, vel dupliciter pœna ordinaria, ait Canterus *loc. cit.* Hinc ait Soufa in *aphor. lib. 3. cap. 29. n. 5.* quod si damnatus ad carcerem perpetuum fugiat etiam si non sponte veniat, sed comprehensus, reconciliandus est, sed maiori penitentia profuga afficiendus; quicquid in contrarium asserrat Barsatius *lib. 1. consil. 7. num. 4.* Arelatanus *notab. 6.* Rojas *singul. 23. n. 5.* Vide Pacianum *consil. 19. num. 64.* Zecchium *tom. 1. tit. de hæret. cap. 1. n. 18.* & alios & ego supradictos regulariter damnare ad tritremes per tres, vel quatuor annos.

4. Notandum est tamen, quod hanc posteriorem sententiam aliqui limitant, nisi penitentia imposita de directo contra hæresim destituta tendat, ut contra ipsam prædicare, cum hæreticis non conversari, &c. Nam in tali casu putant, condemnandum esse reum tanquam relapsum. Ita Riminaldus *lib. 2. consil. 156. num. 13.* Menochius *lib. 1. consil. 82. num. 107.* Trevifanus *lib. 2. decis. 36. num. 2.* & alij. Verum Iacobus Simanca *tit. 47. num. 77.* putat etiam in tali casu quod non adimplens penitentiam non habetur pro relapso, sed condemnandum arbitrio Inquisitorum denuò ad maiorem aliam penitentiam. Sed ego teneo opinionem affirmativam cum Riminaldo, & aliis, quibus adde Canterum ubi *suprà*, & Soufam in *aphor. Inquis. lib. 3. cap. 29. num. 9.* Nam non facere supradictas penitentias, est signum vehemens à iure statutum, approbationis erroris. Ergo contra Simancam, ut relapsus erit in talis puniendus; & ita etiam hanc sententiam tenet

Infr. in Ref. 1. in ejus §. Notandum est.

Quoad hoc lege doct. §. Notandum. ref. not. seq.